



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1709. usque ad annum 1714

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 90119266

§. 66. Funestus Josephi I. Imperatoris Augustissimi obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67615)

epistolae ad Hebræos, & selecta Sacra. *Sæc. XVIII.*
 V. Henricus Basnage prælo subjecit A. C. 1711.
 suam tolerantiam Religionum, Historiam de eruditorum libris, unacum
 ejus apologia contra Jurieum, examen doctrinæ Juriei, epistolam circa contro-
 versiam inter Jurieum & Baylium, responsum ad Apologiam Juriei, & e-
 pistolam fidelium Gallorum ad Ju-
 rieum.

§. LXVI.

*Funestus Josephi I. Imperatoris Au-
 gustissimi obitus.*

Annus hujus sæculi undecimus totius *Contin. Reg. Carol. VI. pag. 261. Wagn. Hist. Joseph. I. pag. 407.*
 pene Europæ fatalis funestusque fluxit; Luxit enim Gallia Delphini, & Austria Josephi I. Imperatoris obitum:
 Ex his posterior, postquam urgentibus gravissimis Imperii negotiis plurium horarum consultationi interfuerat, die nona Aprilis insolito languore corripit, quem tamen pro singulari animi viriumque suarum magnitudine contempserat, fors tum feralem eluctaturus casum, si Ovidii Chronodisticon obitus sui annum præfagiens observare voluisset: *Præ Incipit obsita, sero Medicina parat Vr.* Ipse vero quamvis levio-
 re, ut videbatur, febricula presens esset, altera tamen ejusdem Men-

Sæc. XVIII. sis die in Patrum Carmelitarum Exce
 A. C. 1711 ceatorum Templo rei Divinæ interfuit
 ibidemque pro more suo fastidiente
 men stomacho, prandium sumpsit
 unde demum curru vectus, equos con-
 citari jussit, ut violentiore motu cras-
 siores humores dissiparet. Postridie
 autem erumpentes variolæ gravius ma-
 lum protenderunt, quod ipsemet æger
 probe sentiens sui augur; *Vale*, dixit
Imperator, simulque accersito conscien-
 tiæ Arbitro totius præteritæ vitæ no-
 xas piaculari confessione eluit, eas-
 demque singulis fere diebus iteravit
 atque amandatis terrenarum rerum
 opum, dignitatumque curis mundo
 Imperio Superior spes omnes in Deum
 & superna toto cordis studio colloca-
 vit; sexta a primo febris accessu die
 febrilis æstus invaluit, ac desperata
 Medicorum ope Josephus Eucharisticis
 epulo & paulopost Sacro oleo singulis
 unctionum formulas pio voto absolvens
 precantemque Sacerdotem affectibus
 comitatus, præmunitus est: fugientibus
 demum viribus, animo tamen
 præsentissimo Augustissimam Familiam
 valere jussit. Morituris pene, jamque
 hiulcis vocibus Eleonoram Matrem pro
 absente Carolo Fratre suo hæredita-
 riarum ditionum Regentem renuntiavit,
 eique in sollicitudinis partem ab-

locia

fociavit Eugenium & Trautsonium Prin- Sæc. XVIII.
A. C. 1711.
cipes, Schönbornium, Wratislavium,
& Seilerum Comites. Postremis hisce
curis defunctus, die decima septima
Aprilis Viennæ animam in manus Crea-
toris sui placidissime exhalavit, annos
natus triginta tres, Menses tres, dies
octo. Quamprimum de inopinata Im-
peratoris morte funestus rumor Urbem
pervasit, triste erat in frequentissimis
plateis silentium, ac plerique dejectis
oculis, ore mœstitiam loquente incede-
bant, vel dolore oppressi, vel futuro-
rum metu perterriti. Celebrabantur
solutis ritibus funeris exequiæ complo-
ratione, quam pompa, majore.

§. LXVII.

Josephi Imperatoris dotes & gesta.

Princeps erat ob eminentes, plane-
que admirandas naturæ, animique
dotes ac virtutes adeo magnus, ut aut
mori debuisset nunquam, aut ad tam
breve tempus gravissima supremi Imperii
mole non onerari: Eminuit lenissimæ
indolis suavitate, ingenii perspicacis
acrimonia, memoria ad prodigium fidei,
& sex linguarum, Philosophiæ, Ma-
thesis & Historiæ peritia clarus. Leo-
poldum Patrem & Eleonoram Matrem
suam etsi jam maturus Imperio, obse-
quen-